



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Irregularitas ex mutilatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

do, irregularitas autem tantum facit incapacem Ordinum. D. Thom. & alij 5. sed non audeo à communi sententiâ contrariâ recedere. *ibid. res. 68. & 88.*

*Ex mutilatione.*

2 **Q**ui in rixâ præscindit alteri digitum, non est irregularis: quia digitus non est membrum, illud enim propriè dicitur membrum, quod habet officium ab aliis corporis partibus distinctum: vt oculus, manus: vnde nec est irregularis qui alicui amputat nasum, vel auriculam, id est, cartilaginem, &c. quæ tantum pertinent ad ornatum. Auila & alij 5. Neque qui feminæ mammillam. Couarr. & alij 2. etsi contrarium sit probabilius. Molin. & alij 2. *ibid. res. 26. & p. 2. tr. 15. res. 20.*

3 Si quis suâ culpâ mutilatus est, putâ vel à ludice, vel quia occasionem dedit rixæ, etsi membrum sit occultum, nec impediât vsu Ordinis, fit irregularis. Molina & alij 5. Contrarium tamen est probabile. Hurtado & alij 2. Item quando quis sibi sponte membrum, vel partem membri ex indignatione, vel impatientiâ abscidit, vnde non oriatur notabilis deformitas, non fit irregularis, nisi factum sit

noto.

no  
tra  
tr.  
4  
ran  
pre  
mu  
Pra

5

Epi  
mis  
fiat  
vol

sâ:

pre

ho

feti

alij

6

per

inf

con

gul

ab

tat

tr. 1

7

notorium. Reginald. & alij 3. Sed con-  
trarium est probabilius. Fernandez. p. 4.  
tr. 2. res. 60.

4 Consulentem alicui mutilationem  
tantum, fieri irregularem, nullus ex-  
pressus textus asserit. Sed non est à cō-  
muni sententiā recedendum. Molina &  
Præpos. *ibid.* res. 18.

*Ex homicidio.*

5 **A**D irregularitatem ex homicidio  
voluntario super qua non possit  
Episcopus dispensare, requiritur, ut ho-  
micidium deliberato & inito consilio  
fiat, ita ut sit intentum expressè, &  
volitum in se, & non tantum in cau-  
sâ: nam si in rixâ repenti exortâ, aut  
propter verba contumeliosa subito  
homicidium perpetratur, casuale cen-  
setur, & non voluntarium. Turrian. &  
alij 6. *ibid.* res. 72. & p. 2. tr. 15. res. 19.

6 Quando in rixâ plures aliquem  
percutiunt, vnus autem lethale vulnus  
infigit, ex quo percussus moritur, si  
constat quis inflixerit, ille solus irre-  
gularitatem incurrit; ceteri verò, ut  
ab homicidio, ita etiam ab irregulari-  
tate excusantur. Sayr. & alij 3. part. 2.  
tr. 15. res. 18.

7 Quando maritus occidit vxorem  
adul-